Pigrū ad formicas iubet abire, earumq
mores contemplari, ut ſapientior fiat, à
perverſitate ad frugē, ab inertia ad laborē-
redeat, quæ etſi nec Principē, nec Præ-
fectū, nec ducē habeant, hiemis tn̄ ventu-
ræ memores adeo pertinaciter laborant,
ut earū itinere ſilices attritos videamus.
Ne quis dubitet qualibet in re quid poſſit
quantulacunq ſodalitas. Merito igitur Pi-
grū hīc ſapientiā haurire iubet Rex Salomon:
quod n. maius ad laborē incitamentū, quod
illuſtrius virtutis exemplar, quod deniq
ſplendidius Pigrorū ~~ſcola~~ Gymnaſiū eſſe
putabitis vos Audite: Hac tn̄ noſtros Mendicos
abire mea Oratio n̄ iubet; ſed ad araneā
illos mittit; huc venite, huc adeſſe vos
Mendici, et negotiantis aranea laborem
inducemini. cernitis, quā dexteriter ordit
telas, quā celeri calce per fila deſcendit,
et reciproco meatu aſcendit? quā moderato
tongue, quā tereti filo, et quā æquali de-
ducit ſtamina, ipſa ſe pondere vehens? texere
ut à medio incipit, et dū artem exercet
arte dasit? cernitis ut circinnato orbe
ſubtegmina annectit, indiſſolubili modo
ut implicat? maculos pariby ſemper in-
tervallis, ſed ſubinde creſcentiby ex an-
guſto dilatat? quanto arte telas pedicas
ſubtulato rete graſſantes? quæ n. ad hoc
ruſtinere videtur vibrata ſexibus tela?